



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Victorii Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam Castigationum

Vettori, Pietro

Lvgdvni, 1542

È Libro II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12981

Græca tollenda puto, nam Latinis uim illarum expressit Columella, nec in antiquis libris uestigium ipsorū uidetur. cum quibus uocibus Græci hanc sententiā proferrēt, quispiam in margine sui libri adscripsisset, librarius, aut corrector aliquis, operæ pretium se facere putauit, si ea huc inculcaret, ubi necessariae nullo modo sunt. Plinius etiam præceptū hoc Latinis uerbis enūtiavit lib. x viii. cap. vi. Imò hercule iudico, modū rerum omniū utilissimum.

E LIBRO II.

Sed quādoq; arabitur. Ambo manu scripti codices, Quandoq; , habent : formis antea excusi, Quandoq; : id quod non uno tantum hoc loco est, ut negligētia librarij hoc cōmissum esse uideri possit, sed nonnullis etiam alijs : ut in i i. libro, Quandoq; in usus prompserimus, integram lentem reperiemus. & in i i i. Quandoq; igitur uinitor hoc opus obibit: nam posterioribus his etiam duobus locis in impressis, Quandoq; , antea erat. Quādoq; igitur, non Quandoq; dixit Columella. Sed hoc alij quoq; boni auctores fecisse reperientur. Seneca certè sic locutus est : & si nonnulli locū apud eum maculosum putantes, ex Quandoq; , contrario ac nos cōsilio usi, Quandoq; fecerunt. Cū hæc scripsissem, accepi à Iosepo Iouio Lucensi, docto, & humano uiro, ueteris sanctitatis, ac modestiæ hominem, eundemq; præclaræ eruditionis iudicijq; , Tryphonem Chabrielem, putare, Q. Flaccum Quandoq; , pro Quandoq; sumpsisse, cū Poëticiæ artis præcepta tradens, inquit:

Sic mihi qui multum cessat fit Chærilus ille,
Quem bis terq; bonum cum risu miror : idemq;
Indignor quandoq; bonus dormitat Homerus.

Quæ enim pusilla res uidetur, non suo loco posita interruptio corrumpit elegantissimum sensum, & tantas tenebras offundit, ut in eo loco explicando plurimi nihil uiderint: eaq; doctum Poëtam, & magnum Homeri laudatorem, de principe ipso omnium Poëtarum dixisse crediderint, quæ profecto nunquam somniauit. Quemadmodum enim si fortè aliquid eruditum, elegansq; protulit Chærilus malus Poëta, ut portenti simile dicit se Flaccus mirari: ita etiam agrè ferre, ac stomachari, sicubi negligētior uisus est Homerus, qui tamen excusatione non careat: opere enim in longo fas est obrepere somnū. Eodem autē pacto alijs in locis idem Poëta locutus esse animaduertitur. Hæc noua eruditāq; Horatiani loci declaratio omitti à me non debuit: nam superiorē nostrā animaduersionē adiuuat, & ab ea quoq; si cōfirmatione ulla ipsa egebat, adiuuatur.

E LIBRO V.

HAnc arborem pleriq; existimant ultra milliarium sexagesimum. Theophrastus ex horum numero est, qui in v. i. libro de his quæ oriuntur è terra, inquit: Πδραπλήσιοι εἰν τὸ συμβαῖνον τῶτο καὶ ἐπὶ τῇ ἐλαίᾳ. Ἔστι γὰρ ἔστι ἐκείνο δοκῆ πριακισίωρι σαδίωρι ἀπὸ θαλάσσης ἐπάνω φύεσθαι. De thymo autem loquebatur.

Præcipuè Liuianæ, Africanæ. Cuncta ferè hæc ficorum genera appellat Athenæus δεπν. lib. 111. Callistrutia in primis miris laudibus in cœlū tollit: uerba ipsius hæc sunt: τῶν δὲ ἐν τῇ καλῇ ζώμῃ καμισρυτίωρι καλαμένωρι σύκωρι, ἃ δὲ λυγκεύς ἐγκύβητο δασυδὲ ἐγὼ δξυεπίσρθ' ἄρ' ἐκ γένεσι πδρὰ πολλὴ τῶ δμωνύμου: ποσάυτην ὑπόροχὴν ἔχει ταῦτα τὰ σῦκα πρὸς τὰ ἐν τῇ πάσῃ δικυμένῃ γινόμενα. ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἄλλα σύκωρι γένη κατὰ τὴν ζώμην γινόμενων. τὰ τε καὶ
 λυμ